

pleri possunt. — 1) *Praefectum intellegit Mommsen operi faciendo, nec cogitandum de praefecto architectis.*

5379 A. Bruttius A. I. | Tarto | IIIIIvir | [c]repidines inter | duos pontes.

Concordiae (V 4887 vidit Mommsen).

5380 G. Lart | Gabinio P. f. | Pal. Fortuito | dictatori Lan.¹ | IIvir. Capuae, | quod viam Dian. | a porta Volturn. | ad vicum² usq. sua | pec. silice straver., | ob munific. eius | d. d.

Capuae (X 5945 descr. saec. XVII Pellegrinus auctor accuratus). — 1) Lanuvii. De dictatore Lanuvino cf. C. I. L. XIV p. 494. — 2) Fortasse vicus ad montem Tifata ubi fuit templum Dianae, cf. Mommsen C. I. L. X p. 567.

5381 C. Obinius Favor, | P. Didiolenus | Strato | Augustales | pro munere | ab summa quadragint. | . . . da¹ ad vicum Laris | s. p. straver.

Luceriae (IX 808 vidit Mommsen). — 1) Lectio incerta.

5382 L. Avianius L. f. Men. | Flaccus Pontianus, | Q. Spedius Q. f. Men. | Firmus IIvir. i. d., viam | a milliario¹ ad cisiarios², | qua territorium est | Pompeianorum, sua | pec. munierunt.

Pompeis rep. loco antiquo, extra portam Stabianam ad ipsa moenia ad sinistram viae ibi incipientis (X 4064 vidit Mommsen). Ad eandem viae partem pertinet titulus Osce scriptus eodem fere loco repertus (Fiorelli descrizione di Pompei p. 29, Nissen pomp. Stud. p. 554). — 1) Miliarium Mommsen (cf. Herm. 42, 4877, p. 489) intellegit viae publicae populi Romani, qua Nuceria Pompeios ibatur et Neapolim (cf. C. I. L. X p. 58, II), cuius viae miliaris aliquis Pompeis ad portam Stabianam steterit necesse est. — 2) Cisiarios in extremo territorio stationem habuisse ex hoc titulo colligit Momms.

5383 ius Fronto aed. cur. de sua pecunia f[ecit], | duxit, viam a foro usque ad feines strav[it], | fecit, clivom a summo ad emporium¹ stra[vit].

Inter Puteolos et Neapolim pars exstabat, pars adhuc est Neapoli (X 4698 fragmenta aliquoties descripta). — 1) Emporium Puteolanorum memorat Cicero ad Att. 5, 2, 2. Apparet emporium fuisse, ut consentaneum est, in imo clivo, ad litus maris. — Ad aliud emporium pertinet N. 5584.

5384 | [A]ugustalis, h[on. decurionalibus] | ornamentis, | viam ab angiporto aed[is] | Iunonis Lucinae usque [ad] | aedem Matutae, et clivom | ab ianu ad gisiarios (sic) porta[e] | Stellatinae, et viam patulam | ad portam laevam et ab foro | ad portam domesticam | sua pecunia stravit.

Calibus rep., est Neapoli (X 4660 vidit Mommsen).

5385 C. Furius C. f. Numida, | M. Veratius C. f. Pollio | IIIvir. i. d., | stratam ad portam | summam et in clivis | ad portam geminam¹, | et intra portam | Martialem ad angipo[r.] | Matutae s. c. r. c.² | idemque probavere.

Calibus rep., est Neapoli (X 4650 vidit Henzen). — 1) Eiusdem nominis porta fuit Teani (Eph. ep. 8, 575). — 2) Senatus consulto reficiendam curavere.